



Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Mariae Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Templa quæ Deiparæ post ejus in Cœlum assumptionem, propagata jam
ubique gentium Christi fide, sunt extracta. numero trigesimo primo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

Ecclesiolum, in qua etiam diuina celebravit mysteria, quæ usque hodie in magno habetur honore, & multorum populorum accessu frequentatur, eo quod beatissima Virgo in illa sibi, ab infantia primitua Ecclesiae consecrata, multa operatur miracula, & infirmis illuc venientibus grata confert subvidia sanitatum. Dicitur autem à multis, quod inter omnes beatissimæ Mariæ Ecclesias, ista fuerit prima. Non solum autem à Christianis, sed etiam à Saracenis in magna habetur reuerentia. hæc Iacobus de Vitriaco. Eiusdem Sacelli à Diuo Petro in honorem Dei genitricis positi Raphael Volaterranus libr. II. Geographie in Syria cùm agit de Tripolitana regione in Phœnicia meminit: Amaradum, inquit, Ciuitas ante Aradum sita, hodiè Tortosa dicitur, in qua Sacellum Diva Genitrix Primus omnium extruxit Princeps Apostolorum ex eis Christianorum collatos, in quo primum sacrificio esse dicitur. hæc ille.

Sacellū B. Virg. in mōne Car. melo. Ioannes Baptista Mantuanus inter Christianos Poetas insignis libro tertio Partheniæ, memoria prodidit in monte Carmelo audita Virginis Beatissimæ in celos Assumptione, statim excitatum fuisse in eiusdem honorem Sacellum, quod eleganter sic cecinir.

Propterea montana viri speloa colentes,
Auditio illius fato subl. me Sacellum
Apropos posuere sugs primi aig. quotannis
Sacra instaurant hymnos, & insura forebant,

Basilica in honore Iesu Christi, ac Mariae à S. Maribor Beluaceti's Sancta Maria Christi hospitio clara, cùm apud Massiliam degeneret maximus; ecce Vincenzo Beluacensi libro nono sui Specul. historiarum cap. 100. & 101. condidit Basilicam in honorem Domini Nostri Iesu Christi, & beatissimæ Mariæ semper Virginis, quam Sancti Maximinus vnu ex septuaginta duobus Christi Discipulis Aquensis Episcopus, & Tephimus Arelatenensis, & Eutropius Aurasiensis: Calendas Ianuarij consecrareunt.

Templum Deipara Candace Æthiopæ Regnum extructum Franc. Aluarez Thom. Bozzius. Strabo. In Æthiopia à Francisco Alvarez, qui hæc literis mandauit, quemque Thomas Bozzius lib. 9 de Signis Ecclesie cap. 9. vocatcripto-rem integrissimæ fidei, visum est templum à Candace Æthiopum Regina in Auxumo magnificissime constitutum Deiparæ consecratum, & miraculis olim nobilitatum, & tametsi omnes Æthiopum Reginæ, teste Strabone, Candaces non inveniuntur, Afferunt tamen Æthiopes, eamque templum istud posuit, illam tuisse cuius Eunuchus baptismi

Iustus est à Philippo Diacono Act. 8. ex A. 8. quo templum illud longè antiquissimum esse facile colligitur.

S. Maternus Episcopus B. Petri Apostoli Templi discipulus, cuius memoria in Martyrologio à S. Maternus die 14. Septembris adnotatur, post quam à terra morte mirabiliter ad vitam esset excitatus in psc. Dio Germaniam missus, Tungenses, Colonienſes, parens Treuirenſes, aliosque finitimos populos ad tumulos Christi fidem perduxit. Is Tungris Eburonum tyrol. in ædem Virginis Deipara consecravit, quemadmodum veteres Colonienſis, & Treurenſis Ecclesiae docent annales apud Canifium lib. Canif. 5. de B. Virg. cap. 23.

TEMPLA, QVÆ DEIPARÆ POST eius in cœlum Assumptionem propagata iam, ubiq. genuim Christi fidei sunt extorta.

Iam vero reliquorum templorum numerum, & amplitudinem, quæ Deiparæ consequenti tempore, ea nimium in cœli regante, cùm iam Christiana religio vniuersum orbem perauaseret, ubiq. terram condita sunt, nouis scribendo consequetur: cum in singulis Vibibus, oppidis, pagis crebra sint, crebris etiam miraculis illustria; quæ tabulis, ac scriptis commendata, vim, benignitatemq. Virginis matris, & collatam animabus, corporibusq. eam implorant opem protestantur, quin etiâ nulum est inter Christianos templum, vel praepotens Dei, vel etiam Sanctorum cultu dicatus, in quo non Virginis sanctissimæ proprium facellum, vel ara excitetur, vt videre eis Romæ in Basilica Saluatoris Lateranensi, in Basilica item sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, in quis bus Deiparæ facella magnificè extorta, atque exornata cernuntur, quod egregie obseruavit S. Antoninus 4. part. tit. 15. cap. 14. §. 3. Generatio, inquit, electorum Ecclesia beatissimam dicte Virginem ex multitudine Ecclesiarum dedicatarum sub titulo eius per seum orbem, que Ciuitas, quod castrum, que villa est, que non habeat Ecclesiam, & solemniorum in eius nomine fabricatam? certe nec in nomine Saluatoris, nec in honorem aliquorum Sanctorum reperiuntur in tanto numero. hæc ille. Veum ne in Deiparæ templo percen'endis plus & quo longioris, quam plurimis omisis, paucia de celebreris indicabo non in prælenti capite, ne nimis digredi videar, sed in peculiari tractavo, quem

quam ea de te ad calcem operis rejiciam, ubi etiam in nonnullis quedam commemoranda duxi, quod eorundem templorum majestatem magis explicandam, atque adeò ad Deiparae etiam honorem spectare visa sunt. In quo illud etiam generatim lectorem monitum velim,

Deiparae templo non uno omnia esse insig-
ta nomine, sed vario, ac multiplici; cum &
multa in nos ab illa beneficiorum genera pro-
missa in aliis significantur, & multa in ipsa quoque sint ege-
ria, & præclara honore, cultuque dignissima.
hinc est, ut quædam ab aliqua Deiparae digni-
tate nomen invenerint, hujusmodi est S. Ma-
ria Angelorum, quorum est Regina, quædam
ab ejusdem vite mysterijs, utpote à Conce-
ptione, Annunciatione, & similibus; quædam
ab ijs, quæ nobis præstat beneficijs, ut à Con-
solatione, à Gratia, à Pace, à Succursu, quæ-
dam à loco, ubi sunt extorta, utputa Ara cœli,
Transtiberim in Via lata, quædam ab ijs qui ea
condidere, ut Basilica Liberij. Quam multa
vero fuerint omni tempore B. Virginis tem-
pla, ex ijs quidem, quæ de una Urbe Roma,
deque uno Hispanie Regno generatim subji-
cimus, facilè quæspiam intelligere, ac conjice-
re reliquis potest.

32 In una Vibe Roma reliquarum omnium
Principe Tyrannorum in Christianos, per-
secutionibus restinctis; quadrageinta templo
Deiparae consecratis fuisse Andreas Fulvius lib-
erde antiquitatibus Vibis, ubi agit de Basilicis
Christianorum his verbis testatur: *Fuerunt in
Urbe in illa primitua Ecclesia Christi templo su-
per tria milia, ex quibus Quadrageinta diua.
Maria Virg in Deipara dicata, quorum extant ho-
die aliqua venerande vetustatis. sic ille.*

Nos ex illis, quæ nunc extant, aliquot cele-
briora in tractatu illo de Festis, ac Templo
Deiparae commemorabimus. Neque illud si-
lentere milia prætereundum videtur, eusemo-
di Deiparae Templo, præsertim Romæ à ma-
joribus nostris super diutis Idolorum delu-
bris interdum excitata: *Romana enim Caritas,*
ut verbis utar Leonis serm. i de Apostolis Pe-
tro, & Paulo, priusquam Christi fidem recuperet,
tum penè omnibus dominaretur gentibus, omniū
gentium seruebat erroribus. & frequentissima
habebat Idolorum delubra, in quorum postea
tuinis pleraque Deiparae in ædificata sunt
templo: in ijs igitur percensendis, quænam
hujusmodi Idolorum fana fuerint, ubi Deipa-

ræ templo sunt posita, indicabimus, ut planum
omnibus fiat: *Deiparam non modo, ut canit*
Offic. Eccl

*Cunctas heres in uniuerso mundo solam in-
teremisse.*

Verum etiam de Ethnicismo, & de uniuersa
Gentilium superstitione triumphum egisse,
atque in eorum sanis veluti in infestissimorum
hostium expugnatibus acibus sui filii, sive que tro-
pheia erexisse. Quare in his videtur impletum
illud Isaiae vaticinium, cap. 35. *In cubilibus,*
*in quibus prius dracones habitabant orientur vi-
ror calami, & junci, & erit ibi semita, & via, &
via sancta vocabitur; quod nemini mirum vi-
deri debet, cum hæc sit misericordia illa, quæ draco-
nis venenati caput contritura prædictur,*
quam Cyrus homil. 6, in Nestorium meti *Cyrillus.*
tò sic alloquitur: Per te omnia creatura idolorum
erratura idolorum errore detenta conuersa est ad
*cognitionem veritatis, & fideles homines ad san-
ctum baptisma peruenierunt, atque in toto orbe*
*terrarum constructa sunt Ecclesia, sic ille. & Eu-
thymius oratione de zona Deiparae: *Sanctissi-
ma, inquit, Virgo aras contriuit idolorum, &*
*debet a gentium perdidit, & communis, & cess-
re fecit immundatam sanguinem effusionem.* *sic*
*Euthymius. & hæc de una urbe Roma.**

33 In Hispania vero Jacobus Rex ejus no-
minis primus cognomento Expugnator tri-
bus nobilissimis Regnis & Saracenorum mani 2000. à Ia-
bus eruptis in Aragonie Regno ad duo millia *coboprimo*
tempia exædificanda, ac Deiparae nomini di- *Rege in*
cauda curavit, teste Hieronymo Blanca in Hispanie
commentario rerum Aragonensium ad an-
dilata, num 1235. qui cum ea de re ageret: Delubra, Hieron.
inquit, ad hie mille in Deipara Virgini honorem Blanca.
construxisse, ac sub eisdem Virgini nomine, cui Ordo Re-
se sepius votaverat sacrum, quem nunc vocamus deputationis
Redemptionis Captivorum ordinem fundasse per *Captivo-*
hibenti. sic ille. Ei astipulantur alij rerum Ara-ruis.

Hæc universè dicta sufficiant de templo-
rum multitudine, qui Deiparae post ejus in coe-
lum Assumptionem Christiana jam fide ubi-
que gentium recepta, erecta sunt: nunc quæ-
dam ex præcipuis, quæ seorsim, ac singillatim
percentere vñum est, tum Romæ, tum Neapo-
li, tum in alijs Occidentis Vibibus, atque O-
rientis, ea (ut dixi) commodius in appendi-
cem, ac singularem ea de re tractatum ad cal-
cem libri conjiciemus.